

Medina. Serarius. Lorea. Ragusa.

parte corruptum, inde con eura in illo ut de fide certa non recipiunt graves Theologi, Medina 3. p. q. 23. art. 2. dub. 3. Suar. tom. 1. ad 3. p. disp. 49. sect. 3. sed nihilominus Lorea ad 3. disp. 84. membr. 2. ann. 15. Ragusa tom. 2. ad 3. part. disp. 30 §. His argumentis.

QUESTIO III.

De litterarum inventione, ac usu scribendi.

SUMMARIUM.

- 220 Varia sententia circa inventores litterarum, & num. 221.
222 Nec Abrahamus, nec Moyses, & alii supradicti inventores sunt litterarum, & n. 223. & 224.
225 Deus cum ceteris scientiis infudit Adamo usum litterarum, ac scribendi.
226 Quod confirmatur variis monumentis, ac historiis.
227 Prima littera Hebraica ex quibus derivantur aliae.
228 Qualia fuerint in exordio prima scribendi instrumenta.

220. Satis multi Auctores tam scripturarii, quam humanis hanc quaestionem tractant. Breviter ab illa me expediam. In magno numero sunt Auctores, qui dicunt Moysen fuisse primum inventorem litterarum. Ita D. Cyrill. lib. 7. contra Julianum, Rupert. lib. 3. de victoria verbi, c. 21. 22. & 23. Eupolomeus, Artapanus, Petrus Crinitus, Cornelius Agrippa, Joannes Textor, & alii multi quos citant, ac sequuntur Majolus colloq. 2. fol. 422. Nieremberg. in lib. de origine sacrae Scripturae; quibus adde Marianam in Praefat. in Genesim, & Lahay in Prolog. sect. 15. cap. 1. & inde inferunt Pentateuchum fuisse primum librum totius orbis.

221. Philo Hebraeus Abrahamum existimat primum earum inventorem, in libro de ipso Abrahamo, Honorius Augustodonenfis lib. 3. de imagine mundi, Henoch invenisse litteras, & scripsisse libros primum putat, Plinius lib. 7. naturalis historia, cap. 56. Aegyptiorum inventum credit: Sed alii, inquit, apud Aegyptios a Mercurio; alii apud Syros inventas volunt. Alii alios Auctores assignant; imò multi cum Cassiodoro lib. 8. variar. epist. 12. Quod Graecus aves suo volatu indicaverunt hominibus modum litterarum, ubi faver D. Hieron. Epist. ad Rusticum, ubi ait: Graecus viam sequendi ordine literario. Quod eleganter canit suis verbis, Lucanus, lib. 5.

222. Dico primò. Nec Abrahamus, nec Moyses, nec Mercurius, nec alius ex assignatis fuerunt inventores litterarum, ac usus scribendi, ita Auctores citandi in 2. conclus. Et probatur de Moysè de quo ait D. Stephanus A. 7. n. 2. Eruditus erat in omni sapientia Aegyptiorum; ergo ipse litteras non docuit, sed didicit; nam talis sapientia debebat tradi, non tantum ex memoria, sed per aliquod litterarum monumentum, ut notat D. August. lib. 18. de Civitate

D. Cyrill. Rupert. Eupolom. Crinit. Agrippa. Textor. Majolus. Nieremb. Maria. Lahay.

Philo Augustod.

Plinius.

Cassiodor.

D. Hieron.

Lucan.

A. 7.

D. August.

Des. cap. 39. & ait. Quis dicere audebit Aegyptios mirabilium disciplinarum peritissimos fuisse, atque litteras nosse.

Probatur secundò. Quia juxta Chronologias; de quo Bolduc ad cap. 1. Job. 5. 3. Job natus est, 143. annos ante Moysen, & tamen facit ipse mentionem de usu litterarum, ac scribendi in satis obdurate, & firmo instrumento, cap. 19. nom. 23. dicens: Quis mihi hoc tribuat, ut scribantur sermones mei? Quis in hi det, ut exarantur in libro, stylo ferreo, & plumbi lamina vel cetera sculptantur in silece? Deinde multa monumenta antiquiora Moysè scripta referuntur, ut Beli Regis sepulchrum, columnæ Herculis cum inscriptione Non plus ultra, apud Aianum lib. 13. cap. 3. Xenophon in lib. de aequivocis. Zoroaster Rex Baetrianorum antiquior Moysè multos libros scripsit ut testantur Eusebius lib. 1. de Preparat. cap. ult. Clemens Alexandrin. lib. 1. Stromatum, &

Deinde quoad omnes partes Henoch septimus nepos ab Adam scripsit librum propheticum, de quo facit mentionem Apostolus Judas in sua Canonica num. 14. qui fuit ante diluvium, ac proinde antiquior Abrahamo. Moysè, & aliis, & litterarum usum fuisse ante diluvium affirmant Polidorus Virgilius lib. 1. cap. 6. Toletanus lib. 15. Republica, cap. 1. & Josephus lib. 1. Antiquit. refert filios Seth, qui fuit filius Adæ Syderalem disciplinam in duabus columnis scripsisse, in qua sententia est Claudius, Marius Victorinus lib. 3. Id autem, quod dicitur de Mercurio, Homero, ac aliis, fuerunt multo tempore posteriores non solum Moysè, & etiam Abrahamo, ut patet ex Chronologiis.

Dico secundò, quòd Deus, cum omnibus artibus, ac scientiis infudit, ac communicavit Adamo litteras, ac scribendi usum; & ipse hæc omnia docuit filios suos. Ita D. Augustinus quest. 69. in Exodum, & lib. 18. de Civitate, cap. 39. Ita citatis multis Auctoribus, Tornielius anno Mundi 1931. numero 14. Salianus anno Mundi 875. numero 5. & anno 2470. num. 30. Ludovicus Vives ad cap. 39. lib. 18. de Civit. Theatrum vitæ humanæ, verb. litterarum inventores. Opinerius fol. 16. sui Chronic. Ludovicus Marius in Prologo ad sacram Script. quest. 5. sect. 3. Bonfret. ad cap. 11. Gen. num. 1. Lyplius tom. 5. Syntagmate de Biblioth. cap. 1. Anton. à Matre Dei Pralud. 2. dub. 2. §. 3. n. 23. Et probatur quia Deus infudit Adamo juxta sanctos Patres, & Doctores, omnes artes, & scientias; ergo etiam ei infudit scientiam litterarum, ac earum usum; nam talis usus maxime necessarius est ad scientias, ac ad earum communicationem omnia enim non possunt memoria retineri. Secundò, talis modus litterarum maxime necessarius erat ad cognitionem, ad reminiscendum rerum fidei, ac salutis, ad recognitionem beneficiorum Dei, & ad communem usum inter homines.

Tertiò confirmatur ex variis monumentis. Refert Angelus Rocca ex Camerino Commentario in Biblioth. Vaticana verb. Adamus, quòd ibi in dicta Vaticana servatur ejus imago depicta, supra ejus caput litteræ antiquæ Hebraicæ extant, ad ejus pedes inscriptio latinè dicit. Adam divinitus eductus, primus scientiarum, & litterarum inventor. Secundum monumentum

223.

Job. 19.

Alian. Xenoph.

Euseb. Alexand.

224.

Jud. Apost.

Toletan. Joseph.

Mar. Vic.

225.

D. August.

Torniel. Salian.

Ludovic. Theat. vitæ. Opinerius. Marius.

Bonfret. Lyplius. Fr. Anton.

226.

Ang. Rocca.

Nomina.

Totum hoc opus ab Hebraeis dicitur Thora, hoc est lex. A Graecis verd dicitur Pentateucos, hoc est Quinquagenarius, seu volumen quinque librorum, & Hebraei de morte suolibros dicebant, ac nominabant, à suo principio, ac exordio, ut notat D. Hieronymus. quaest. 1. in Genesim, & etiam Lyranus, Abulens. Pereira, & alii

I. Dicebatur Beresith, id est, in principio, cap. 1. num. 1. Graece dicitur Genesis, quia in eo continentur Generationes saeculi.

II. Veesemoth, Hebraicè, hac sunt nomina, cap. 1. num. 1. à Graecis Exodum, quia in eo refertur egressus, seu exitus filiorum Israël de Aegypto.

III. Hebraicè Vaicar, id est vocavit, c. 1. num. 1. Hunc Graeci dixerunt Leviticum, quia de Levitarum ministerio, ac ordine differit.

IV. Hebraicè Vajedabber, id est, locutus est, cap. 1. num. 1. à Graecis dicitur numerus, quod in hoc libro multa computationes, & non-generationes populi recensentur, ac ejus mansiones.

V. Hebraicè Hadevarim, id est, hac sunt verba, cap. 1. num. 1. Graece dicitur Deuteronomium, id est legis iteratio, seu repetitio, non quia contineat aliam legem distinctam ab ea, quæ antea data fuit in Monte Sina, sed quia hic fit repetitio ipsius legis, ac eorum, quæ in tribus superioribus libris Exodi, Levitici, Numerorum continentur. Ita D. Augustinus quaest. 49. Theoderetus hi. quaest. 1. D. Athanasius in Synopsi scriptura. D. Hieronymus in Prologo Galeato, & communiter omnes interpretes.

Argumentum hujus libri.

In Genesi describit Moyses creationem mundi, gesta Adami, Eva Noë cum facto diluvio, gesta etiam Abrahami, Isaac, Jacobi, usque ad mortem Joseph, quæ contigit anno à creatione mundi 2310. sequitur Exodum, in quo describitur persecutio Pharaonis, captivitas populi illiusque egressus in manu Dei forti. Tertio ponitur Leviticus, in quo describuntur sacrificia, caeremonia, & alii ritus. Quarto in Numeris numerantur populus, simulque Princeps, Levitæ, ac Tribus, & quadraginta duæ Hebræorum mansiones egressæque aquæ in deserto, & propheta Balaam. Quinto loco Deuteronomium, repetitur secundò lex, jam inculcata antea in Exodo, Levitico, & Numeris.

Pro quo nota, quòd Populus habitavit in Aegypto non 430. annos, ut aliqui volunt, sed juxta meliorem, ac veritorem computationem 215. anni numerantur. Nam populus descendit in Aegyptum anno ætatis Jacob 130. Et ætatis verd Joseph 19. Joseph autem vixit ad Annum 110. ab ejus morte usque nativitatem Moysis fluxerunt anni 64. Moyses verd anno ætatis suæ 80. eduxit populum de Aegypto, ita efficiunt 215. nam post descensum populi in Aegyptum vixit Joseph 71. usque ad nativitatem Moysi fuerunt 64. quibus adde 80. Moysis, & invenies ducentos quindecim annos, qui fluxerunt à descensu usque ad exitum, qui contigit

Genebrard. Lyranus.

227.

Joseph. Eupolom. Clem. Alex. D. August. Euseb. Salian. Bellarm.

Herman. Petr. Greg.

Plinius. Isidorus. Raderus. Polydorus. Alexand. Petrus. Herman.

numentum hujus rei, ut referunt Joannes Genebrardus lib. 3. Chronol. cap. 26. Adrianus Lyranus lib. 1. Trisagii Mariani sono 35 referunt quod anno 374. jussu Sybillæ Reginae Hungarorum in Valle Josaphat, al. de sella terra, repositum fuit in tumulo cadaver integrum cum barba proluxa, in cujus caput erat grandis lapis, in quo cavatis literis, hæc verba Hebraicè legebantur: Ego Seth tertio genitus filius Adæ, credo in Jesum Christum filium Dei & in Mariam Matrem ejus, de lunibus meis venturos, & ad hoc pertinet quod dixi supra, num. 224.

Ex quo, & aliis multis monumentis, tenent omnes Antiqui Hebraei, Graeci, & Latini, primas litteras totius orbis fuisse Hebraicas ab eisque omnes litteras alias derivatas. Ita Joseph. lib. 1. Antiquit. cap. 4. Eupolomeus apud Clementem Alexandrin. lib. 1. Stromat. D. August. lib. 8. de Civit. Dei, cap. 39. Eusebius de preparat. Evangelicæ, lib. 9. cap. 4. & lib. 10. cap. 2. Salian. anno 871. Bellarm. de Instu. Hebra.

Instrumenta scribendi.

Scilicet stylo ferreo, æreo, osseo calamo arum lineo, vel argenteo, vel ex pennis avium effecto, vel penicillo, aut acu, vel aliis; de quo videri possunt Hermanus Hugo tract. de origine scribendi, Petrus Gregorius lib. 16. de Republica, cap. 3. De materia, in qua litteræ excipiebantur, scilicet in lapideis, lateribus, arborum corticibus, & foliis præcipue papyri, palmæ, tiliæ, & lauri, ficorum, ex quibus primi parentes fecerunt sibi vestimenta Gen. 3. Vel etiam ligneis tabellis, laminis, argenteis, plumbeis, vel etiam in pellibus animalium, vel etiam membranis, pergamentis, vel in alia materia, ut cera, vel aliis de quibus Plinius lib. 13. cap. 11. Isidor. lib. 6. cap. 13. Raderus in notis ad matricalem. Polydorus lib. 2. c. 8. de Invent. Alexander ad Alexandro lib. 2. c. 3. Petrus Gregorius, Hermanus Hugo, citati, qui etiam agunt de aramento nigro, vel etiam ex tuore conchili composito.

QUESTIO IV.

Moyses scripsit Pentateuchum.

SUMMARIUM.

- 229 Quid significet Pentateuchum, ac nomina quinque librorum.
230 Argumentum totius operis.
231 Tempus, quo fuit populus in Aegypto.
232 Moyses scripsit librum Pentateucos.
233 Primum in contrarium est argumentum, quia in Deuteronomio fit mentio de morte Moysis.
234 Secundum argumentum desumitur ex morte Moysis.
235 Tertium argumentum ex aliquibus civitatibus, quæ post mortem Moysis habuerunt talia nomina, & n. 236.
237 Unde Moyses habuit scientiam ad scribendum Genesim.
238 De tempore, ac loco, quo scripsit.

229. Hebraeus. Graecus.

D. Hieron. Lyran. Abulens. Pereira.

D. August. Theodor. D. Athan. D. Hieron.

130.

131.

D. August. D. A. I. Eusebius. Rupert. Abul. Cajetan. Menoch. Tyrio. Cornelius,

contigit anno à creatione mundi 2454. à dilu-
vio anno 797. Hæc omnia ex multis, &
variis locis Scripturæ docent D. Aug. quest. 47.
in Exod. D. Achanasius. seu Anastasius in sy-
nopse sacre Scripturæ in Exod. Eusebius in Chro-
nic. Sallian. lib. 1. Antiximmon. Rupert. Abul-
lenf. Cajetan. Menoch. Tyrio. Lahay in Exod.
cap. 12. numero 40. & ibi Cornelius, ac etiam
Argumento in Exod. § Pro qua re.

Auctor Pentateuchi.

232. Exod. 17. Exod. 24. Deuter. 31. Joan. 1. Joan. 5. Marc. 1. Rom. 10.

Communissima est sententia non solum an-
tiquorum Hebræorum, sed etiam eam tenent
omnes fidei Patres, ac Doctores, tam Græci
quàm Latini, Moysem fuisse totius Pentateu-
chi scriptoræ, ita constat ex multis locis
Scripturæ Exod. 17. n. 4. Exod. 24. num. 5. Deu-
ter. 31. num. 9. & etiam ex novo testamento,
ex verbis Philipp ad Nathanaëlem, Joan. 1.
n. 45. & Joan. 5. n. 47. Marc. 11. n. 17. Rom. 10.
n. 5. & 1. Corin. 9. n. 9

233. Philo. Joseph

Oppones primò, quia videtur, quod totus
hic liber secundum omnes suas partes, non
fuerit compositus à Moyse; nam Deuter. cap.
ultim. refertur ipsius Moyseis mors, quæ ab ipso
non potuit scribi. Respondent multi Aucto-
res communiter, quod illa pars ultima Deu-
teronomii de morte Moyseis fuerit addita à Jo-
sue, vel ab alio, quem aliqui dicunt Esdræ,
sicut mors Josue ab alio addita est in fine ejus
libri. Alii aliter respondent, quod Moyseis spi-
ritu prophetico cognovit mortem suam, & in-
de eam scripsit. Sic Philo in fide, lib. 3. de vita
Moyseis, & ait: Vivens adhuc prophetavit de se
ipso, tanquam mortuo, ante obitum narrans, se
mortuum, sepulchrumque inspektante nemine. vide-
licet manibus non mortalium sed virtutum im-
mortalium. Josephus verò lib. 4. Antiquit. cap.
ultimo ad finem, ait: In sacris voluminibus
scripsit se mortuum, verius ne propter excellen-
tiam ejus virtutem à Deo raptem prædicarent.
Nam inter mortem Moyseis, ac Josue, & alio-
rum est magnum discrimen; nam mors Josue
exitit valè nota omnibus; at mors Moyseis
fuit valde secreta, & occulta; ipse enim solus
ascendit in montem Nebo, & ibi, ut dicitur
Deuter. 24. num. 5. mortuus est jubente Domino,
seu ut alii legunt, in osculo Domini, & subdi-
tur, & sepelivit eum in valle terra Moab contra
Phogor. Quæ omnia non poterant agnosci ab
alio, nisi ex Divina revelatione, & ita hæc
revelatio potuit fieri ipsi à Deo.

Deuter. 34. Alia lectio. 234. Numer. 12.

Oppones secundò, in his libris multæ Moy-
seis virtutes referuntur. Dicitur de eo Num. 12.
num. 4. Erat Moyseis vir merittissimus super om-
nes homines, qui morabantur in terra. Videtur
hec alienum à Moyseis modestia; ergo ipse
talem librum non scripsit Argumentum nulli-
us est momenti; nam scè, è læpius sancti su-
perni. Dei dispositione dicunt, & scribunt suas
virtutes ad majorem gloriam Dei, & ædifica-
tionem aliorum, Job. 10. num. 7. Refator de se
quod impietatem ipse non fecerit; & David
Psalm. 6. num. 7. Lavabo per singulas noctes le-
ctum meum: lachrymis meis stratum meum vi-
gabo, & Psalm. 118. num. 62. Media nocte sur-
gebam ad confitendum nomini tuo. Psalm. 39. n. 9
Legem tuam in medio cordis mei. Hæc ut rectè
ait D. Cyprian. epist. ad Donatum dicuntur

Job. 10. Psalm. 6. Psalm. 118. Psalm. 39. D. Cyprian.

non ut jactantia, sed ut Dei beneficentia, ac
gratia prædicetur. Et hæc non sunt no anda
in Scriptore Canonico, ut optimè advertunt
D. Gregor. in præfat. Moralium cap. 1. D. Au-
gustin. lib. de consensu Evangelist. cap. 12. nam
Scriptor Canonico non scribebat ex suo
maite ac ingenio, sed ex Spiritu sancto di-
ctante, ac afflente, & sic frequenter loquan-
tur de se tanquam de alio, ut notant citati
Patres. Sic Joannes passim de se in Evange-
lio, Discipulus ille, quem diligebat Jesus. Sic
Samuel de se scribit 1. Reg. 2. Puer autem Sa-
muel proficiebat, atque crescebat tam Deo, quam
hominibus. Et cap. 1. num. 19. Crevit Samuel, &
Dominus erat cum illo. Sic Moyseis tanquam
de alio scribit. Moyseis vir merittissimus omnium.
Oppones tertid, sæpè in his libris facit
Moyseis mentionem civitatis Hebronis Nu-
mer. 33. num. 34. & 35. & tamen civitas hoc
nomen obtinuit multo tempore post mortem
Moyseis, ab Hebræo Caleb filio, ut multorum
est opinio. Deinde multoties in his libris fit
mentio de Civitate Dan. 1. Genes. 14. n. 14. &
Genes. 14. aliis multis in locis; & tamen hoc nomen non
obtinuit, nisi multo tempore post mortem
Moyseis, ut expresse dicitur Judic. 18. num. 29.
Judic. 18. Vocato nomine Civitatis Dan, juxta vocabulum
Parris sui, quem genuit Israël. Et confirmatur,
quia Num. 21. num. 14. fit mentio de libro
Bellorum Domini, qui liber videtur scri-
ptus post Moyseis; ergo ipse non est ejus
Scriptor.

235. Exod. 2. Theodor. Beda. Abulenf. Eusebius.

Ad argumentum respondent communiter
Auctores in præfatione ad Genesim, ut Abu-
lenf. Hugo, Pereira, & alii qui dicunt, quod
nihil verat asserere, & hæc, & alias hujus ge-
neris parvulas sententias, postea ab Esdra, vel
ab aliis Hagiographis Scriptoribus suis lo-
cis additas fuisse, cum tamen totum corpus
horum librorum exceptis his pauculis nomi-
nibus fuisse scriptum à Moyse. Tamen apud
me tanta est veneratio sacrorum librorum,
quod in eis juxta doctrinam sacrorum Con-
ciliorum, ac Patrum, ut nec una syllaba, vel
apex sit addendus, vel detrahendus, ac proin-
de quamvis illa nomina post Moyseis fuis-
sent imposta illis civitatibus, antea tamen
fuerunt revelata Moyseis, sicut nomine Cyri
Regis, multa sæcula ante ejus nartivatem
revelatum fuit Isais 44. num. 28 ubi exprimit
ipsum nomen Cyri, & sicut Moyseis fuerunt
revelata ea quæ in lib. Genesim continentur
de creatione mundi, ac primis parentibus,
ac aliis. Cur ergo negandum est, quod etiam
fuerint revelata illa nomina. Ad id, quod
dicitur de libro Bellorum Domini dicimus,
ut valde est commune, & statim dicam,
apud Hebræos, & etiam in Ægypto erant
annales rerum antiquarum, qui sæpè incitan-
tur in Scriptura, ubi latius ac exactius res
referebantur, ex quibus multi perierunt, ut
jam dixi Resol. 1. q. 4.

236. Abulenf. Hugo. Pereira.

De cognitione, ac tempore, quo hæc
scripta sunt.
Quantum ad scientiam, & cognitionem,
quoad libros Exodi, Levitici, Numerorum, ac
Deuteronomii res est clara, quia illa facta sunt
vidente Moyse, ac per manus ejus. Tota dif-
cultas

237. Isai. 44.

Quantum ad tempus, quo Moyseis scripsit
Genesim existimat Pereira, cum exul esset in
terra Madian Exod. 2. num. 15. Idque fecisset
ad consolationem Hebræorum, qui in Ægy-
pto à Pharaone dira servitute opprimebantur,
tamen probabilior videtur sententia contra-
ria, quam tradunt Theodoret. Beda. Abulenf.
quibus consentit Eusebius l. 7. de præparatione
cap. 2. si ejus verba rectè expendantur, scilicet
tam Genesim, quam quatuor libros sequentes,
scriptos fuisse à Moyse, post egressum popu-
lum ex Ægypto, cum ipse in deserto versaretur,
tanquam populi Dux, Propheta, Legi-
slator, & Doctor, populum instrueret in
lege Dei, dirigeret in viam salutis, ac illumi-
naret, doceretque in recognitione tot, ac tan-
torum beneficiorum, quæ à manu Dei fuerant
accepta,

multas est quo ad Genesim, ac ad ea, quæ spe-
ctant ad creationem mundi, ad primos paren-
tes, ac diluivium, &c. Dicimus cum com-
muni sententia, quod illa accepit Moyseis per
revelationem, vel immediatè illuminare Spi-
ritu sancto, vel dictante, ac assistente An-
gelo, ut insinuat Divus Augustinus lib. 1. de
Genesim ad litteram, vel etiam ut aliqui dicunt,
quod Hebræi illa per communem traditio-
nem habebant accepta à suis majoribus, vel
etiam quia in aliquibus annalibus conserva-
bantur, ex quibus deprompsit Moyseis; tamen
hoc dato dicendum, quod ille scripsit, Spiritu
sancto dirigente, ac gubernante calamum, ut
omnia scriberentur integra, pura, ac sincera
veritate.

D. August.

238

Exod. 2. Theodor. Beda. Abulenf. Eusebius.

Quantum ad tempus, quo Moyseis scripsit
Genesim existimat Pereira, cum exul esset in
terra Madian Exod. 2. num. 15. Idque fecisset
ad consolationem Hebræorum, qui in Ægy-
pto à Pharaone dira servitute opprimebantur,
tamen probabilior videtur sententia contra-
ria, quam tradunt Theodoret. Beda. Abulenf.
quibus consentit Eusebius l. 7. de præparatione
cap. 2. si ejus verba rectè expendantur, scilicet
tam Genesim, quam quatuor libros sequentes,
scriptos fuisse à Moyse, post egressum popu-
lum ex Ægypto, cum ipse in deserto versaretur,
tanquam populi Dux, Propheta, Legi-
slator, & Doctor, populum instrueret in
lege Dei, dirigeret in viam salutis, ac illumi-
naret, doceretque in recognitione tot, ac tan-
torum beneficiorum, quæ à manu Dei fuerant
accepta,

239. D. Hieron. Origenes.

240. Trident.

QUESTIO V.
Quisnam sit scriptor libri Josue?
SUMMARIUM.
239 Sæpè libri habent nomen à materia, de qua
tractant.
240 Hic liber Josue est Canonicus, & in magna
semper auctoritate apud omnes.
241 Circa Auctorem hujus libri varia sen-
tentia.
242 Communis, & vera sententia liber scriptus
est à Josue.
243 Duplici fundamento probatur, & n. 244.
245 Ponantur tria fundamenta contraria.
246 Solvuntur omnia prædicta fundamenta.

239. D. Hieron. Origenes.

240. Trident.

Hebræi non solum libros nominabant, ac
dicebant à primo nomine, ac voce ipsius,
ut jam notavi superiori quest. num. 219. sed
etiam ut advertunt D. Hieronym. epist. 140.
Origenes cap. 2. in Josue, à materia ipsius libri,
de qua tractat. Sic dicitur liber Job, Regum,
Machabæorum, ac Iudith, Materia ergo de
strenuissimo ac fortissimo Duce Josue huic
libro nomen dedit. Nam & si mortuus sit, ta-
men adhuc in paginis hujus libri, ac in suis
facinoribus vivit.
Hic liber Canonicus est, ut patet ex Conci-
lio Tridentino sess. 4. & multis aliis Conci-
liis, ut dixi Resol. 1. q. 1. n. 21. & 22. & hic liber
semper fuit in multa veneratione, tanquam
Sylværia Opuscula.

afflato divini Spiritus conscriptus, tam ab an-
tiquis Hebræis, qui inter libros prophetiales
cum enumerabant, ut dixi supra Resol. 1. q. 2.
n. 19. multis elogis celebratur à Sanctis Pa-
tribus à D. Nazian. Orat. 26 de laudibus D. Ba-
silij à Divo Hieronymo in Prolog. Galeato, à
Lympiodoro in cap. 38. à Chrystostomo in
Job. in principio; Abulenf. q. 1. in Prologum
Galeatum, & ab aliis multis, qui omnes dicunt,
quod meritò hic liber secundum locum habet
post Pentateuchum, quia alios excellit anti-
quitate, ac dignitate, ex quo optimo jure dam-
nandi sunt Samaritani, qui ut notat D. Hieron.
in cap. 16. Isais, cum solum Pentateuchum ad-
mitterent, hunc librum Josue per contume-
liam, Sanguinariam appellabant, quod de suo
more impie dicebant Hæretici, cum liber sit
maximè venerandus, utpote à Deo datus, &
admirabilis doctrinæ.

D. Nazian. D. Hieron. Lympiod. B. Chrystost. Abulenf.

D. Hieron.

241. Theodor. Abulenf. Masius. Castolius.

Circa Auctorem hujus libri, multorum est
sententia, quod hic liber non fuit scriptus à
Josue Theod. q. 13. Abul. q. 3. Andreas Marius,
& Castolius in Josue, proindeque dicunt, hunc
librum post mortem Josue ex antiquis diariis,
& annalibus, ab aliquo divino Spiritu afflante
fuisse conscriptum, vel ab aliquo Propheta
collectum, utpote à Samuele, ut vult Abulenf.
ab Esdra, ut sentit Masius. Video etiam citari
aliquos asserentes fuisse scriptum à Isais. Ca-
tholicus, quamvis non certè assignet Aucto-
rem, tamen ait indissolubili argumento con-
vinci, non fuisse librum scriptum à Josue, sed
certè argumentum non est nodus Gordius, ut
Alexandri industria indigeat; fundamenta pos-
tea ponam, & solvam.

242

Contraria sententia, & communis est, quod
Josue fuerit Auctor, ac Scriptor istius libri. Ita
D. Dorotheus in Synopsi. Origenes in cap. 1.
hujus libri. de partibus Divina legis, cap. 2.
D. Isidorus lib. 6. Orig. cap. 2. Magister Histo-
riæ Ecclesiasticæ, Driedo lib. 1. cap. 2. Vatablus
in Scholiis ad cap. 1. Dionysius Carthus.
in proemio. Sixtus Senenf. lib. 1. in Bibliothec. &
antiqui Hebræi, ut testantur, & habent Sera-
rius lib. 2. in Josue, cap. 2. Lahay in Prolog. ad
Bibliam Maxim. sect. 15. cap. 3. & in proe-
mio Josue, Cornelius, & M. Emmanuel
Nazara.

Dorotheus. Origenes. D. Isidor. Mag. Hist. Driedo. Vatablus. Carthus. Senenf. Sallianus. Lahay.

Probatur, quia in ultimo capite n. 26. dici-
tur tanquam in fine totius libri, cum de ipso
Josue fit sermo. Scripsit omnia verba hæc in
volumine legis Domini. In Hebræo, & Græco Hebr.
nomen Josue exprimitur, scripsit Josue verba
hæc, &c. & ne quis contendat ibi solum esse
sermone de verbis fæderis, explicatius legit
Chaldæus manuscriptus, se habere testatur
Masius fol. 114. & ita locum istum vertit.
Scripsit Josue verba ista in libro, & apposuit
libro legis. Ex quibus bene inferitur, quod Josue
non solum scripsit verba fæderis, sed etiam
librum distinctum, illumque libro legis, hoc
est Pentateucho adjunxit; sicut enim Moyseis
sua gesta scripsit in Pentateucho, sic & Josue
discipulus Moyseis, & ejus successor sua facta
hic describit.

Nazar. 243

Iosue. 4. Græcus.

Chald.

Confirmatur ex Ecclesiast. 2. 6. n. 1. ubi di-
citur Fortis in bello Josue Nave successor Moyse
in Prophetis Græci legunt, in Prophetis, non so-
lum, quibus Deus Moyseis, & Josue mentes illu-
stravit, sed quas ad alios verbis, literisque pro-
ferebant

244. Ecclef. 46. Græci.